30.6

ENUNCIATA DE SUCCESSIONE CLERICORUM ET FOEMINARUM IN FEUDUM,

QUÆ

Sacro ſanctæ Triadis auxilio

Conſenſu Ampliſsimi JCtorum Collegii in celeberrima SALANA Academia

SUB PRÆSIDIO

Clariſs. & Conſultiſs. Viri

ANDREÆ GERHARDI

Quedlinburgenſis J. U. D.

Publicæ diſquiſitioni in Auditorio Juridico deſenſurus proponit

JACOBUS FABER DRESDENSIS.

Ad diem April.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMAN. ROMA

JENÆ

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI

Anno 1611.

VIRIS

Ampliſsimis & Conſultiſsimis

DN. LEONHARDO CöPPELIO, SUPREMI CONſiſtorii Eccleſiaſtici, quod eſt Dresdæ, Aſſeſſori digniſſimo, ibidemq; Conſiliario Appellationum prudentiſimo.

D. JOACHIMO ZIEGLERO, Curiæ Electoris Advocato dexterrimo.

J. V. DD. Clariſsimis Promotoribus Fautoribus, & Amicis ſuis, meritis honoribus proſequendis.

Hæc Enunciata dicat ac offert.

Jacobus Faber
A. & R.

ENUNCIATA FEUDALIA DE SUCCESSIONE CLERICORUM ET FOEMINARUM IN FEUDUM.

THESIS. I.

EXplorati eſt juris feudalis, Clericos in Feudum regulariter nullo modo ſuccedere: Ita etiam, ut feudum quod prius habuerunt, per ingreſſum religionis amittant.

Textus expreſſi in t. 30. § ex hoc de feud. Fam. t. 26. § qui Clericus ſi d. Feud. defunct. content. ſit t. 21. d. Vaſſall. mil. qui arm. bell. depoſuit t. 36. An mutus vel alius imperfect. lib. 2. Feud t. 109. Clericat. Feud. amit. in capp. extraord. t. t. ext. de Poſtul. c. 1. ext. d. Fidejuſſ. c. 1. in fin. c. 4. ne Cler. vel Monach. ſecular. t. t. de Vit. & Honeſt. Cler. c. placuit 21. q. 3. c. Cler. 23. q. 8. c. ex multa § de Clericis. d. Votis. c. ſi quis diſt. 36. Jus Saxonicum in c. 2. Lehenrecht/ *& in articul. 25. li. 1. Sp. Sax. li. 2. art. 22.*

Hartmannus Piſtoris, part. 2. q. Juris q. 33. Fachineus 7. Cont. 35. Bronchorſt 2. Miſcell. aſſ. 87. Ludolphus Schraderus part. 7. c. 8. n. 30. Hackelman diſp. illuſt. 18. th. 9. Jacobus Cujacius, & Dyoniſius Gothofredus ad alleg. text. C. Rittershuſius Part. feud. c. 15. q. 18 Dn. Vultejus tr. feud. lib. 1. c. 9. n. 67. Bocerus claß. 4. diſp. 15. th. 9. Mynſinger 5. obſ. 48. Borcholt. in Uſi. feud. c. 7. part. 2. Qui omnes magnum numerum DD. tam affirmantium quàm negantium allegat.

II.

Sic quoque à jure ſuccedendi in Feudum Clerici removentur, etiamſi per ſubſtitutum ſervire, vel habitum religionis deponere velint.

Per alleg. t. 30. 2. F. ubi nullo modo ſuccedere E, neque per ſubſtitutum & ibi: etiamſi habitum religionis poſtpoſuerint. Item t. 26. § qui Cle-

ricus ubi: hoc ipſo feudum amittit, ſi amittit, quomodo per ſubſtitutum ſerviet? Sic in t. 21. ubi Vaſallus feudum retinere conatur, quod fieri nequit niſi per ſubſtitutum, quia arma bellica depoſuerat: Attamen Domini & agnatorum conditio potior eſt. Sic quoque in t. 36. 2. F. ubi imperfecti feudum non retinent, Ea propter neq; per ſubſtitutum ſervire poſſunt, aliàs feudum nunquam amitterent. Tum deniq; qui per ſe feudi incapax eſt, is nec per ſubſtitutum ſervire poteſt d. t. 36. Clerici autem comparantur imperfectis.

Baldus in d. t. 21. 2. F. Andreas de Iſernia t. 6. 1. F. Jacobus de Belluiſu in d. t. 26. 2. F. Jacobus de Ardizone in Epit. feud. c. 97. Alvarottus lib. 2. in fin. Curtius Junior. part. 3. memb. 2. n. 13. Sonsbecius part. 9. n. 113. Hottomannus d. t. 30. 2. F. Vultejus d. c. 9. n. 69. Piſtoris d. q. n. 4. &c.

III.

Item Clerici in minoribus Ordinibus vel intra annum probationis conſtituti, plerunq; non ſuccedunt.

Jura enim Feudalia indiſtinctè & generaliter de Clericis loquuntur. E. etiam generaliter ſunt intelligenda. Tum & ipſe textus feudalis in tit. 30. 2. F. diſertè loquitur de Clericis, qui habitum religionis exuerunt, Tùm Clerici qui primam accceperunt tonſuram Clericorum appellatione continentur. c. cum contingat ext. de ætate proficendorum c. 2. ext. de Foro competent.

Menochius arbit. jud. quæſt. caſ. 231. n. 19. lib. 2. Cravetta conſil. 303. Rolandus à Valla conſil. 23. Clarus §. feud. q. 78. n. 6. Joan. Thomas Minadous in conſtit. regni de Aliquibus n. 21. in pr. in verb. filiorum Thomas de Marinis t. 2. d. Feud. ex pacto paterno n. 140. Vultejus & Piſtor. dd. locis.

IV.

Clericus qui patris aut agnatorum fraude religionis habitum aſſumpſit, ad feudum admittitur, ſi adhuc intra tempora probationis conſtitus ſit, non is cui jam character eſt affixus

Eo quod character Clerico etiam per dolum aſſignato perpetuò remaneat c. conſtituit 20. q. 3. & in ſpiritualibus fraus atque dolus alterius actum non annihilet, c. cum dilectus ext. de his quæ vi metusve cauſa, cum bonus dolus præſumatur dd. capp. Jus quoque Saxonicum idem confirmat lib. 1. Sp. Saxon. articul. 25.

Jacobus

Jacobus de Belloviſu in t. 30. 2. F. Matthæus de Afflictis in t. 26. 2. F. Petrus Ravennas in eod. loc. Minadous d. loco. n. 17. Schneidewein part. 6. de ſucceſs. deſcendent. Piſtoris d. q. Juris 33. n. 20. cum. ſeqq.

V.

Naturales & legitimi Clericorum filii, in feudum ad quod ipſorum parentes non admittuntur, avo vel agnato ſuccedere poſſunt.

Tum quia pater nullo modo filiis ſuo facto præjudicare poteſt in feudo t. 8. 1. F. Tum quia pater Clericus pro mortuo habetur. mortuo a. patre filius locum ejus quoad ſucceſſionis caſum ſubintrat t. 1. §. 1. verſ. ſed cum hoc t. 8. 1. Feud. t. 11. & t. 50. 2. F. Tum quia ſpeciali domini concedentis amore, ordine ſucceſſorio ad filios feudum pertinent t. 14. § 1. 1. F. t. 23. § ult. 2. F. Idcircò filii absq; propria culpa illud amittere non debent.

Laudenſis in t. 21. 2. F. & ibidem Præpoſitus Petrus Ravennas concluſ. 44. lib. 2. Feud. Alvarottus t. 26. §. ſi Clericus 2. F. Vdalricus Zaſius Epit. Feud. part. 10. de Feud amiſs. Curtius Junior tr. de F. part. 3. memb. 2. Weſenbecius d. Feud. c. 16. n. 4.

VI.

A Feudo quod ad hæredes quoſcunque ex pacto primæ Inveſtituræ tranſitorium eſt, Clerici non excluduntur.

Textus expreſs. in l. 48. & t. 26. § Feudum ea lege 2. F. cum & aliàs Clerici in allodialem hæreditatem ſuccedant c. fixum 12. q. 5. Cenſetur itaq; Dominus remiſiſſe Clerico ſervitia ex feudo præſtanda, quando pro hæredibus quibuſcunq; feudum tribuit.

Baldus in l. 1. q. 38. ff d. R. D. Schraderus de Feud. part. 7. c. 5. n. 30. Roſenthal. tr. Feud. c. 7. Concluſ. 20. & concluſ. 79. Forſterus Senior tr. de ſucceſſ. ab inteſtat. c. 23. n. 3. lib. 4. Hermannus Vultejus tr. F. c. 9. n. 67.

VII.

Cæterum quod de Clericis hactenus dictum eſt, in ipſis etiam Prælatis, id eſt, Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus &c. procedit.

Tùm quia Prælati non reperiuntur nominatim privilegiati, vel excepti Clericorum numero, ut proindè regulæ inhærere hic ſit neceſſum. Tum quia Clericorum appellatione Cardinales & Epiſcopi continentur

 t. 40. §. ſi

t. 40. §. ſi Clericus 2. F. c. Cleros diſtinct. 21. Tùm quia nullus Prælatus ſive Clericus in bello verſari, humanumq́ ſangvinem effundere poteſt, c. ex multa § de Clericis ext. d. Vot. & Voti redempt. c. Clerici c. non pila. 23. q. 8. Tùm denique, quia miles Chriſti, qualis etiam eſt Prælatus negotiis ſæcularibus ſe implicare non debet, t. 22. 2. F. t. 109. in capp. extraord.

Imola in cap. inter dilectos n. 6. de Fide inſtrum. Menochius conſil. 181. n. 74. & conſil. 202. n. 121. & lib. 2. arbitrar. jud. quæſt. cent. 3. caſ. 231. Heinricus à Roſental. tract. feud. c. 7. Concluſ. 73. Bocerus claſſ. 4. diſput. 15. th. 9. Borcholt. t. 7. part. 6. n. 62. Rittershuſius 1. part. Feud. c. 15. q. 23. Piſtoris & Vultejus allegat. locis ubi multos recenſent.

VIII.

Quæſtio eſt pulchra, & difficilis: An militib. Rhodiis, Hieroſolymitanis Melitenſibus, Teutonicis &c. Jus ſuccedendi in feudum competat? Negamus, niſi conditio ordinis id patiatur.

Quia & hæ perſonæ ſunt religioſæ, Deoq́ dicatæ, & certo ordini ac religioni mancipatæ. c. quamvis d. Decimis gl. in Clem. quia contingit verb. militarium d. Domib. religioſ. Religioſus autem in feudum rectum ſuccedere nequit t. 26. §. qui Clericus 2. F. Tùm quia per primam inveſtituram, electa eſt perſona Laici, ſervitiis præſtandis per ſe idonea, Ea propter etiam ſucceſſores ejusdem conditionis eſſe debent, alioqui in Feudum non ſuccedunt, cum id primitus tacitè actum intelligatur, ut non alii quàm Laici admittantur. Denique ſacri ordinis milites, ita ſunt ſuo ordini, cui ſe addixerunt, obſtricti, ut in perpetuum contra Turcas, & infideles reliquos ſtrenuè militent, pauperes ac peregrinos curent. Proindeq́ nec Domino ſervire, nec juramentum fidelitatis ſecundum formam in t. 5. 6. 7. 2. F. traditam obſervare poſſunt.

Barbatias in Rubric. feud. n. 3. Guerrinus Piſo in prælud. feud. ſub tit. an milites Hieroſolymit. &c. Cacheranus deciſ. Pedemont. 27. n. 18. Cravetta Conſil. 103. Thomas d. Marinis l. 2. part. 2. n. 141. Alciatus Reſponſ. 29. n. 6. volum. 2. Menochius arbitrar. Jud. quæſt. c. 231. n. 5. lib. 2. Andreas Fachineus 7. Controverſ. 36. Vultejus, Bocerus, Piſtoris dd. locis.

Dubiæ

IX.

Dubiæ eſt quæſtionis: An Clericus in Feudum ex quo non militare, ſed reale ſervitium eſt præſtandum, ſuccedat? Etſi quidem DD. communiter id affirmant, tamen nos negamus.

Si enim tale ſit Feudum, ex quo juramentum fidelitatis, vel fidelitas nuda eſt præſtanda, Clericus in illud non ſuccedit. At de omni Feudo fidelitas eſt præſtanda, cum ſit ſubſtantialis forma t. 3. in fin. 2. F. E. Neque Clericus in illud ex quo reale præſtatur ſervitium, ſuccedere poteſt, quia Clericus illa omnia quæ ſub ipſa fidelitatis forma continentur, præſtare nequit. Fidelitas enim feudalis in multis conſiſtit t. 5.6.7. 2. F.

Matthæus d. Afflictis d. t. 21. n. 8. verſ. hoc verum intelligi Thomas Minadous de conſtitut. Regni in Aliquibus in pr. verb. filiorum n. 17. Heinricus Bocer &c.

X.

Ad Feudum Francum, id eſt, liberum, ut & in Feudum Emptitium DD. plerumque Clericos admittunt. Sed quid in contrarium dici poſſit, videbimus.

Quia Vaſallus etiam extra militiam, & ita præter perſonale & reale ſervitium, auxilio & conſilio quocunque negotio & cauſa quoties neceſſitas exigit, Domino ſuccurrere debet, ut diſertè fidelitatis forma indicat. Clericus autem per hujusmodi miniſterium, à divinis quoque negotiis abſtrahitur, rebusq; ſecularibus implicatur. Tùm & communis eſt opinio, quod licet Vaſallus feudum Francum poſſidens, equis & armis Domino ſervire non ſit aſtrictus, à cæteris tamen officiis ſub fidelitate comprehenſis nequaquam ſit liber, cum feudum alteratum in uno caſu naturam ſuam retineat in altero tit. 48. 2. F.

Kirchovius theſ. communium opin. cent. 2. ſub. lit. F. concluſ. 38. Roſenthal. tr. Feud. Concluſ. 30. n. 21. Menochius Conſil. 68. n. 33. Minadous d. loco Rolandus à Valla Conſil. 23. n. 25. Vultejus in feud. c. 9. lib. 1. n. 37. verſ. octavus.

Sic notiſſi-

XI.

Sic notiſſimi etiam eſt juris Feudiſtici, Fœminas ut & earum filios, in Feudum regulariter non ſuccedere.

Textus expreſſi in t. 1. § hoc autem de his qui Feud. dar. poſſ. t. 14. § fin. de Feud. March. t. unic. Quemadmodum Feud. ad fil. t. 8. § filia d. Succeſſ. Feud. lib. 1. Feud. t. 11. verſ. ad filias de Succeſſ. Frat. t. ſi verſ. ſimiliter de Capit. qui Cur. vendidit t. 50. d. Natur. ſucceſſ. Feud. t. 26. t. 30. d. Feud. Fœm. 2. Feud. Propter ſervitia militaria honeſtatem, voti lubricitatem, conſilii fragilitatem, ſecreti occultandi difficultatem l & conſervationem familiæ, quibus addunt, quod Fœmina non poſſit ſedere judex inter Pares. Tùm quod infecta radice omne illud infectum habeatur, quod ex ea deſcendit, & ſurrogatum ſequatur naturam ejus, in cujus locum ſurrogatum eſt, & impedimentum anteceſſoris obſtet etiam ſucceſſoribus, & ſucceſſiones non fiant per ſaltum, ſed juris ordine ſervato &c. vide Autores allegatos.

Baldus in l. quoties C. de ſuis & legitim. Vultejus lib. 1. Feud. ca. 9. n. 25. & 29. Piſtoris part. 2. quæſt. Juris q. 34. n. 1. & 5. Rittershuſius part. feud. cap. 14. q. 1. & 2. Cujacius & Gothofredus ad dd. text. Forſterus d. ſucceſſ. ab inteſtat 4. 23. n. 48. Hackelman diſput. illuſt. 18. th. 8. Obrecht. d. ſucceſſ. Feud. th. 99. & ſeqq. Bocerus Claſſ. 4. diſp. 15. th. 13. Antonius Gothofredus diſp. feud. 6. th. 1. Apud quos totum Catalogum Authorum invenies.

XII.

Niſi ſit eo pacto, & providentia datum, vel ſit Feudum Fœmineum, in quod etiam abſque ſpeciali pacto ſuccedunt.

Tum quia pacta legem dant conventionibus, Tùm quia cum feudum fœmineum primitùs fœmina acquiſierit, & à Fœmina cœperit, eo ipſo ejus naturæ eſſe cenſetur, ut illius quoque fœminæ ſint capaces. At quod ex natura rei ineſt, id ſpeciale pactum non deſiderat. Accedit quod Dominus fœminæ Feudum comedens à communi feudorum natura &

tenore

tenore recedere videtur, & Fœminas quoque ad ejus ſucceſſionem habilitare, cum diſpoſitio æſtimetur ſecundum perſonarum conditionem & qualitatem per l. plenum §. equicii ff. de Vſ. & Habitat. Tùm denq; quia jus Feudale hos duos tantum caſus agnoſcit t. 1. § hoc autem t. 8. § filia t. 14. t. 15. 1. Feud. t. 11. verſ. ad filias t. 2. § fin. t. 23. § fin. t. 50. ibi niſi pacto vel niſi ſit fœmineum t. 104. § jugales in capp. extraord. t. 30. 2. Feud. Ubi verba illa quod falſum ad Authores illius capituli Gerhardum & Obertum referuntur, eorumq; ſententia approbatur.

Jacobinus d. S. Georgio in inveſt. feud. in verbo fœminis n. 3. Schenck Baro ad tit. 30. 2. Feud. Sonsbecius p. 9. n. 128. Schrader part. 7. cap. 4. num. 41. Roſenthal. tr. feud. c. 7. Concluſ. 35. Duarenus d. Feud. c. 10. n. 4. Schnedewein part. 6. n. 2. de Succeſſ. fœm. latè Vultejus d. loco n. 40. & Piſtoris q. 34. n. 12. p. 2. Bocer. d. diſp. th. 14.

XIII.

His tamen caſibus in defectum demùm maſculorum, hoc eſt, ſi à primo acquirente nulli maſculi amplius ſuperſint ad Feudum admittuntur.

Text. in t. 6. §. quin etiam t. 8. §. filia 1. F. t. 17. t. 51. § ſimiliter t. 30. 2. F. t. 104. verſ. jugales in capp. extraord.

Jacobus de Bellviſu, Iſernia, Alvarottus, Afflictus, Baldus, Laudenſis. Præpoſitus in d. § ſimiliter 2. F. Zaſius Epit. feud. part. 8. n. 44. Curtius Junior tract. feud. part. 3. pr. n. 19. Mozzius d. ſubſtant. Feud. n. 77. Mynſinger 5. Cent. 74. Weſenbecius d. Feud. c. 6. n. 22. Piſtoris part. 2. q. 35. per totum, Borcholt in uſ. Feud. c. 6. n. 67. Vultejus n. 49.

XIV.

Indè emergit illa elegantiſſima, & nodoſa, multumq; inter Interpp. quæſtio: An Fœmina per exiſtentiam maſculi ſemel non admiſſa, perpetuò à feudo cenſeatur remota? Nos cum communi DD. ſchola illud affirmamus.

Propter text. expreſ. in t. 6. §. quin etiam 1. F. ibi relicto maſculo Ulterius non admittuntur, quod adverbium ſignificat tempus perpetuò excluſivum l. 3. in fin. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor. c. cum acceſſiſſent ext. de Conſtitut. 2. per §. fin. illius capit. ibi his omnibus caſibus Feudum amittitur, & ad dominum revertitur. Si itaq; ad dominum revertitur, certè Fœminæ in illud ſuccedere nequeunt, & qui feudum amittit, non ſolùm ab ipſa ſucceſſione, ſed etiam à jure ſuccedendi removetur 3. per c. extraord. 104. verſ. item ſi quis ubi fœmina relicto maſculo à Feudi ſucceſſione remota excludi dicitur. 4 per tit. 8. 1. F. & tit. 30. 2. F. ubi maſculis non extantibus filiis deficientib. In ſucceſſionis antea materia non extare ſive deficere dicitur, qui omninò non ſuccedit, qui enim ſuccedit, certè is non deficit l. 5. ff de Vulg. & pupill. ſubſtitut. l. 98. ff ad l. Falcid. 5. in dd. capp. fœmina ſub conditione, ſi non extent, ſi deficiant filii tempore delatæ ſucceſſionis vocantur. Ergo ſub contraria conditione, ſi extent, & non deficiant, removentur l. 40. § quidem Titio l. 107. ff. de Condit. & Demonſtrat. 6. Fœmina in d. t. 8. 1. Feud. & 30. 2. F. intelligitur ſubſtituta in defectu maſculorum. Sed clari & expediti juris eſt, quod is qui in defectum alterius cujusdam ad ſucceſſionem vocatur, & ei ſubſtituitur, ſuccedente illo, in cujus defectum ſubſtitutus eſt, perpetuò & omnino excludatur. l. 5. C. de Impub. & alior. ſubſtitut. l. 3. l. 69. ff. de Acquir. hæred. His addi poſſunt rationes, quibus pro confirmanda noſtra ſententia DD. communiter utuntur.

Authores noſtram ſententiam corroborantes videri poſſunt ap. Vultejum lib. 1. de Feud. cap. 9. num. 51. Piſtorium q. 36. part. 2. Petrum Heigium part 1. q. 26. Quamvis illi diſſentiant Roſenthalium tract. feud. cap. 7. Concluſ. 44. Schraderum part. 7. cap. 4. n. 83. Fachineum 7. Controverſ. cap. 45. Andream Gaillium 2. obſ. 148. & ibi Bernhardum Græveum, Andream Knichen de veſtit. pact. p. 1. cap. 3. num. 23. Adrianum Gilmannum tom. 2. part. 1. not. 21. deciſ. annumeralium.

Verum

XV.

Verum D D. hiſce caſibus non contenti quærunt & de aliis, & quidem: An Fœminæ in Feudum Eccleſiaſticum, quod à curvo baculo **krumbſtäbich Lehen** appellant, ſuccedant? N.

Tùm quia Fœminæ regulariter non ſuccedunt t. 1. t. 8. 1. feud. l. 11. t. 30. 2. F. Tùm quia duo tantum, caſus quibus Fœminæ ſuccedunt in l. F. excipiuntur t. 8. 1. F. t. 11. l. 50. 2. F. l. 104. in Extraord. Incluſio autem quorundam, eſt aliorum excluſio per l. cum Prætor 12. ff. d. Judiciis. Tum etiamſi Eccleſia bella non inferat, auxilia tamen & conſilia virorum indiget, quo ſeſe contra vim atq; inſultum defendere queat. Tum quoque quia forma fidelitatis in t. 5. 6. & 7. lib. 2. F. fœminis non competit.

Martinus Laudenſis t. 1. §. & quia 1. F. Menochius de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 382. Fulgoſius conſil. 4. Weſenbecius conſil. 74. Schrader tract. feud. part. 7. c. 4. n. 36. Curtius Junior p. 3. n. 4. memb. 1. de feud. Roſenthal cap. 7. concluſ. 31. num. 6. & 7. Auronius Gothofredus d. diſp. 6. th. 5. l. D.

XVI.

Vocant & illud in dubium: An Fœminæ armis aſſuetæ & militiæ deditæ, quales fuerunt Camilla Pentheſilea, Hipſicratea &c. Feudum jure ſuccedendi acquirere poſſint? N.

Tùm quia Feudum dependet ex voluntate Domini concedentis & Vaſalli maſculi primi acquirentis, quæ illa eſſe cenſetur, ut ſoli Maſculi ſuccedant, cum jure Feudorum communi ſe conformaſſe intelligantur. Tùm quia non ſolùm ſervitia militaria, ſed & alia Fœminas à feudis excludunt. Tùm quia caſus mirabilis, & miraculo dignus ſub generali legis diſpoſitione continetur. l. ſi major 12. C. de Legit. Hæred.

Thomas de Marinis t. 11. d. Feud. Fœm. Sonsbecius de Feud. part. 9. num. 120. Zaſius part. 8. d. feud. ſucceſſ. n. 36. Schneidenwein d. feud. Fœm. part. 6. c. 2. num. 20. Piſtoris part. 2. quæſt. 34. num. 3. & Vultejus num. 33. cap. 9. Bocerus claſſ. 4. diſp. 15. th. 13. Hackelman diſp. 18. th. 9. & multi alii.

XVII.

Sic neque ad Feudum ligium, neque ad Feudum exiguum, neque ad Feudum cujus proprietas à Vaſallo in Dominum eſt translata, fœminæ admittuntur.

Tum quia feudi natura eſt, ut fœminæ non niſi duobus caſibus ſuccedant, leg. 8. 1. F. t. 11. & 50. 2. F. Tùm quia feudum ligium, vim & effectum ſuum ratione tantum obligationis perſonæ Vaſalli extendit l. 99. 2. Feud. Cum Vaſallus à pluribus dominis tale feudum tenere nequeat. Tùm feudum alteratum in uno retinet ſuam naturam in altero t. 48. 2. feud. Tùm quia textus feudales inter parvum & magnum non diſtingunt, cum feudum exiguum quoad ſuam ſubſtantiam non minus ſit feudum quàm magnum, & diſpoſitio juris ſimpliciter loquens æquè habet locum in parvo quàm in magno. Tùm denique quia parvum & magnum rei cauſam non mutant, ut tradunt Logici.

Querrinus Piſo in prælud. feud. l. 31. n. 18. Garzonius de Fœm. ad feud. admit. reſtrict. 12. Curtius Junior part. 3. memb. 1. n. 34. Mozzius de ſubſtant. feud. n. 86. Forſterus de ſucceſſ. ab inteſt. 4. c. 23. n. 59. Roſenthal cap. 7. Concluſ. 43. Borcholt. de feud. cap. 7. num. 70. Schraderus tract. feud. part. 7. cap. 4. num. 7. Vultejus d. c. 9. n. 36. & 43.

XVIII.

Maxima inter DD. eſt concertatio: An Fœminæ in Feudum emptum ſuccedant? Nos nulla adhibitâ diſtinctione negamus, ita etiam, ut ne quidem

ne quidem Dominus, cui Feudum apertum eſt, pecuniam reddere teneatur.

Tum quia Fœminæ in Jur. Feud. à Feudis exceptis tantum duobus caſibus removentur, t. 1. t. 8. t. 24. 1. F. t. 11. l. 26. t. 50. t. 30. 2. F. & regulæ eſt inhærendum, donec probetur exceptio. Tùm quia Feudum mutatum in uno, retinet ſuam diſpoſitionem in altero t. 48. 2. F. Tùm etiam quia propter feudum emptitium fidelitas eſt præſtanda Domino. per t. 3. in f. 2. F. ibi Cum à fidelitate Feudum dicatur, Fœminæ a. c. fidelitatis præſtare nequeunt. Tùm poſtremò quia Feudum pretio nummario interveniente, jure feudali non refragante, acquiri poteſt, Nec impetit, quo minus beneficium dicatur t. 1. in fin. t. 7. t. 20. t. 27. 1. F. t. 12. 2. F. Ubi Interpp.

Iſernia § eo quis t. 1. 1. F. Alciatus Reſponſ. 107. Sonsbecius part. 9. num. 122. Weſenbecius Conſil. 2. n. 91. Mynſinger 5. Obſ. 73. Wurmſer Pract. obſer. lib. 1. t. 51. Obſ. 14. Piſtoris p. 2. q. 34. num. 8. Vultejus cap. 9. n. 44. d. Feud. Borcholt cap. 7. p. 2. n. 65. Bronchorſt 2. lib. Miſcellan. 88. Adrianus Gilman tom. 2. p. 1. Vol. 21. & alii quos recenſent.

XIX.

Vertunt & illud in quæſtionem: An Fœminæ in Feudum Francum, & conditionatum, ut quod ad certum ſervitium eſt conceſſum, ſuccedant? N.

Tùm quia regulariter Fœminæ non ſuccedunt, ſive determinatè ſive indeterminatè, ſive ad certum ſervitium, ſive incertum Feudum ſit datum, ut luculenter oſtendit l. 23. in fin. 2. F. Ergo regulæ ſtandum, donec probetur exceptio l. 1. ff. d. R. J. Cum unius vel alterius exceptio, ſit reliquorum omnium excluſio, l. 12. ff de Judic. Tùm quia ratio ſervitii præſtandi, ſive nullius, ſive determinati, non eſt ſola quod Fœminæ removeantur, ſed fidelitas æquè principaliter plura requirit t. 5. 6. 7. 2. F. Tùm etiamſi in eo, quod à ſervitiis liberum & determinatè feudum ſit datum, communem ipſius naturam depoſuerit, eandem tamen in cæteris retinuiſſe putandum eſt. t. 26. §. pen. 2. F.

Curtius

Curtius Junior tract. feud. p. 3. & 7. n. 5. Schrader p. 7. c. 4. n. 10. Roſenthal. c. 7. Concluſ. 34. de Feud. Duarenus d. feud. c. 10. n. 7. Thomas de Marinis t. 11. d. feud fœm. Zaſius Epit. feud. p. 8. n. 43. Borcholt c. 7. n. 68. Fachineus 7. controverſ. 39. Bocerus claſſ 4. diſput. 15. th. 13.

XX.

Non probamus illorum ſententiam, qui in Feudum, cenſuale, & quod propter benemerita eſt datum, Fœminas ſuccedere poſſe autumant.

Tùm quia omne Feudum ab bene merita concedi intelligitur. Tùm quia Fœmina nec in feudum emptum ſuccedit, ut ſup. oſtendi. Tùm quia contra voluntatem concedentis & acquirentis primi vaſalli eſt, ſi primitus maſculo ſit datum, ut alii quàm maſculi ſuccedant. Siquidem in primordiis negotio confirmetur eventus l. unic. C. de Lucrat. inſcript. & ex cauſa primordiali unaquæque res æſtimatur l. 69. ff de Fidejuſſ. Tùm etiamſi à ſervitiis perſonalibus fœmina ſit immunis, tamen à reliquis in l. 5. 6. 7. 2. feud. non relevatur. Fidelitatis enim Domino præſtandæ non minima pars eſt, ſalutari conſilio Dominum juvare, ejusque ſecreta redicere poſſe, ad quod utrumque fœmina maximè inepta eſt, conſequens itaque eſt mulieres nec in his caſibus ſuccedere poſſe.

Rolandus à Valla Conſil. 23. n. 30. Garzonius reſtrict. 4. Iſernia in § fin. l. 23. lib. 2. F. Borcholt. part. 2. c. 7. n. 71. Zaſius Epit. feud. p. 8. n. 49. Schraderus p. 7. c. 4. n. 57. tr. F. Roſenth. d. feud. c. 7. Curtius Junior p. 3. d. feud Fachineus 7. Controverſ. 40.

XXI.

Poſtremò non inelegans eſt quæſtio: An Feudum quod voluntate Domini alicui in Emphyteuſi datum eſt, & ad ipſum Vaſallum iterum reverſum ejus ſit ſtatus, ut Fœminæ in illud ſuccedant? D.

Argumento l. 44. §. principio verſ. dummodò & verſ. illud, quid juris, ſi poſt alienationem l. c. 2. feud. & quidem ita: ſi vaſallus Feudum

Feudum Domini conſenſu quaſi rem feudalem, ut ſcilicet in perſona Vaſalli maneat feudum, alicui in Emphyteuſin conceſſerit, tunc res illa ad Vaſallum converſa jure feudi cenſetur, in quod Fœmina non ſuccedit d. t. 44. verſ. dummodò 2. F. Si autem ſimpliciter ex arbitrio Domini feudum alicui in Emphyteuſin dederit, tunc primæva feudi natura ex præſumpto Domini & Vaſalli conſenſu in formam emphyteuſeos mutata intelligitur t. 54. §. profecto verſ. illud 2. F.

Schenck Baro à Tauttenberg & Jacobus Cujacius in alleg. t. 44. 2. F. Schraderus p. 7. c. 4. n. 12. cum ſeqq. Roſenthal c. 7. Concluſ. 32. n. 15. & c. 9. Concluſ. 39. n. 3. & 4. Bocerus &c.

COROLLARIUM.

Filii exhæredati tàm in Feudum vetus quàm novum ſuccedere poſſunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.